



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta**

**Neuhusii Paderbornae, 1710**

Annus 1624.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29436**

Mustapha ex throno Ottomanico ob ingenii imbecillitatem rursum dejicitur, substituto Amurathe fratre Osmannis.

S. Franciscus Salesius Princeps & Episcopus Gebenensis institutor Ordinis Monialium Visitationis B. V. & plusquam 72. milium Hæreticorum convertor Lugduni in Gallia die 28. Decembtris 3s. innocentibus sacrâ piam efflavit animam; dum circumstantes orarent : omnes sancti *Innocentes orate pro eo.*

Sexta Illuminatorum in Hispania fortiter reprimitur, damnatis præcipuis ejus authoribus ad rogum.

*ANNUS 1624.*

**I**N Anglia fœdus nuptiale inter Principem Walliæ & Mariam infantem Hispaniæ à Parlamento rescinditur, novumque institutur cum Henrica Maria Sorore Ludovici Regis Galliæ, salvâ religione Catholicâ.

Ex hybernia omnes Ecclesiastici edicto regio proscribuntur. Belli consilia de restituendo Comite Palatino ferventius quam nunquam antea agitantur.

Pro eodem Palatino Hagæ comitis in eunt fœdus Ordines fœderati cum plerisq; aliis Principibus, & statibus Germaniæ Catholicis contra Domum Austriacam.

Contra eandem conspirarunt hoc anno Galli & Veneti Helveti & Sabaudi, tum pro Palatinatūs vindicatione, tum pro libertate Vallis Telinæ , quam etiamnum Austriaci insidebant.

Ambrosius Spinola Ductor Hispanicarum & Belgicarum copiarum Bredam Brabantia mense Augusto obsidet, eamque caput sequenti Junio post impensos ab Hispano in obsidione decem millions aureorum

Romæ Marcus Antonius de Dominis Archi - Præsul Spalatensis ob relapsum in hæresin ; quam anno priore ejurati traditur in Custodiam mense Aprili & Decembri in carcere moritur. Cadaver demortui cum scriptis jussu inquisitionis in campo Floræ flammis addictum.

Obiit hoc anno Henricus Dux Lotharingia sine prole mascula , cui succedit in Principatum filia ejus Nicolea natu major , nupta Carolo , patrueli suo, filio Francisci comitis Vaudemontii , fratri predicti Henrici.

### ANNVS 1625.

Jubilæum promulgatum Romæ multos etiam Principes accivit in Italiam, quibus præcelluit Ladislaus primogenitus Regis Polo-